

Versiones.

QUARTA EXPOSITIO Usque ad Vers. 32.

- 36. Vers. 28. IN modico suades me, Syriacus, Mini- mo negotio persuades mihi, tamquam si dicat Agrippa, paulle tuis rationibus vehementer me urges, & parum distat, ut mihi persuadeas fieri Christianum.
37. Arabici. Vers. 29. Paulus, Opto apud Deum, Arabicus legit, & explicat, Precor Deum: omni affectu exoro Deum; in modico & magno, id est juxta radicem Grecam, per omnem modum ut id, quod tibi, & alii est quasi persuasum, omnino persuadeatur, & omne perficiatur, fieri tales, qualis & ego sum. Syriacus. Evasissent mei similes in constantia ac fervore fidei; exceptis vinculis his, Aethiopicus sine vinculis meis; nam vincula ac labores sibi soli volebat.
38. Vers. 30. & 31. Exurrexit rex Agrippa. & Festus praeses, & Bernice, & cum secessissent tamquam ad partem, in deserto dixerunt ad vicem, nil culpa, aut criminis esse in homine illo.
39. Vers. 32. Dimitti poterat, si non appellasset Casarem; sed stante appellatione bene poterat dimitti, quia Paulus appellavit coactus ad evitandum suorum inimicorum judicia, deinde Paulus per appellationem intendebat suam libertatem ac dimissionem, ergo si haec daretur tota appellatio cessabat; sed praeses, & Agrippa Judaeis maxime intendebant favere; & ne eos offenderent colorem appellationis proponunt.

QUESTIO V.

Utrum Agrippa occulte fuerit Christianus?

- 40. Superiori Vers. 27. dixit Paulus regi Agrippae redis Propheta; quae verba vel fuerunt dicta per interrogationem, ut voluit Oecumen Ganeus Arias, vel sunt dicta per admirationem, ut exponunt. Clarus Vatabl. Cajet. tamquam si dicat Cre-dis Propheta, ut ego scio, quod credis, & de his quae ego dico, dubitas.
41. Cui Agrippa respondet; In modico suades me Christianum fieri, id est, parum deest, modicum distat, ut mihi persuadeas fieri Christianum. Sic ait D. Cyril. Jerof. Catec. 17. Parum abest, quin me feceris Christianum. Similiter D. Chrysof. homil. 16. ad popul. Carthuf. Hugo. Cajetan. & alii.
42. Ex quo Ganeus Salmeron existimant Agrippam fuisse Christianum, tamen hoc non stat, quia Paulus dixit. Opto apud Deum & in modico, & in magno non tantum te, sed & omnes, ergo ille adhuc non erat, deinde cum Festus diceret, quod in Paulo nihil morte, aut vinculis dignum est, ut in eis retentus, ac proinde quod dimitendus erat, resistit Agrippa, quod illud fieri non poterat supposita appellatione, quae nihil obtabat, ut dixi in Expositione ultimi Vers. 32.

QUESTIO VI.

Quare D. Paulus, optabat, ut omnes essent sicut ipse

- 43. IN illo supremo charitatis apice volebat Paulus non esse solus, sed volebat secum habere socios. D. Augustin. tractat. 8. in epistol. Joan. ait Audivi Apostolum dicentem de visceribus charitatis

vellem omnes homines esse, sicut me ipsum. Quomodo volebat omnes esse aequales, ideo erat omnibus superior, quia charitate optabat omnes aequales. Inde maxime exaltatur charitas Pauli, quia, vehementer exoptat, ut omnes pietate, justitia ac unitate essent pares.

In primo terum molimine dixit Deus. Germinez terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum; Gen. 1. n. 11. Ad quid exprimitur juxta genus suum nam manifestum est, quod ligna ex sua naturali virtute urgebantur ad germinandos fructus sui generis, & non alterius, cur ergo dicitur juxta genus suum, si virtus arboris est vigorosa, & perfecta producit fructum valde pulchrum, & perfectum, quin aliter, valde debilem, & macilentum. In illa prima rerum dispositione Summus artifex in cunctis quod a suis creaturis exigebat, erat, quod in eis ostenderetur virtus perfecta, & consummata, quando producerent fructum sibi similem in omni virtute, ad imitationem supremi divini Parentis generat filium sibi similem, pulchre D. August. q. 9. ex utroque ait. Qui habuit ergo filium totis similitudinibus congruentem? hoc est, unus unicum, probus probum, bonus benignum, beatus beatum, maximus maximum, sempiternus aeternum, habuit utique ante mundum creatae sobolis principatum, de quo rebus oriundis impertiebat exemplum, ut gignentium germina suis respondere seminibus cogentur. Hac fuit ordinatio divini Creatoris, ut unaquaque creatura ad sui simile producendum ordinaretur, ad exemplum aeterni parentis.

Divina sponsa, seu Ecclesia decantat Cant. 4. n. 4. Dentis tui, sicut greges tonfarum, quae ascenderunt de lavacro omnes gemellis fratribus; ecce perfectorum in militum fecundissimi greges, ut omnes factus dicantur gemelli, nullus dicitur unicus, ac primogenitus, nullus solus ascendit, sed omnes sunt gemelli omnes pares, ac associati veniunt, tamquam inde maxime speciosi, ac illustrissimi apparent Gillib. Abbas serm. 27. in Cant. ait. Ideo dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus separatur, quos aequae regentur vai. alioquin qui nesciunt esse gemelli, effecti sunt nulli, locum occupantes primum, iam nec habent novissimum, Optimo jure a classe virtutis, qui in ea volunt esse primi, excluduntur, cum illa sua intrinseca ratione, ac charitate omnes vult habere pares, ac gemellos.

QUESTIO VII.

Quare D. Paulus vult secum omnes habere in eadem disciplina excipiendo tamen vincula sua?

At Apostolus in praesenti Agrippae, Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te sed etiam omnes, qui audiunt me, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Optabat Apostolus, ut omnes essent secum in eadem disciplina fide, & charitate, non tamen in eisdem vinculis. Cum vincula pro Deo sint valde pretiosa, & multa, & magnae aestimationis, cur etiam illis non optat communicari, & si vincula pro Deo, sint multum pretiosa, non tamen omnibus, sed tantum fortioribus, qui habent vim, robur, & valorem ad eorum rigorem sustentandum, nam debiles & incipientes facile deficient, & succumbent D. Chrysof. homil. 52. ait. Vide gloriatur vinculis, qui profert illa, sicut casenam auream, si ea non depraeatur, & ne mireris, infirmiores adhuc erant, attemperabat illis sermonem. Sapientissimus Magister se accommodabat discipulorum viribus.

Clamat

CAPUT XXVII.

- 47. Clamat David ad Dominum Psalm. 25. num. 1. Proba me Domine, & tentame, ut venes meos, & cor meum. Profunde sapientiam exorantis considerat, ante emissam tentationem, exorat ad Deum; Proba me; examina; & perpende vires meas, fortitudinem meam. D. Gregor Magn. in Job. lib. 2. c. 7. ait. Prius vires inspice, & tunc, ut ferre valeam, tentari permittite. Unde deus sua infinita sapientia semper permittit tentationem proportionatam viribus nostris, ut ait ipse Paulus 1. Cor. 10. n. 13. Fidelis Deus est, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis.
48. Secundo idem Chrysof. homil. 16. ait. Propterea dicit absque vinculis his, non ipsa vincula reculant, abicit, sed illius condescendens infirmitati, quoniam ipse se illa diligebat, ut ambrosiosa mulier monilia sua, dicit absque vinculis condescendens illorum infirmitati (ut modo dixi) tum quia ipsa vincula, cum valde in se ipsis dura, ideò ad eorum rigorem, & asperitatem, ut valde ardua sibi referrebat, ut pretiosum, ac magnificum sui ornatum, quo sponsa in die desponsationis suae splendescit, sic & vincula Pauli, nihil illi erat pretiosius, quam pati pro Christo. Sic ait D. Martyr Ignatius epist. 7. ad Tarfens. Non horret nunc vinula, sed potius ut rem charissimam sibi reservavit.
49. Ecce non vulgare expositionem, accessit ad Christum mater filiorum Zebedaei petens pro filiis priora loca, ut unus sedeat ad dexteram, & aliter ad sinistram in regno tuo, Christus ad liberos conversus ait, Nescitis, quid petatis potestis bibere calicem, què ego bibiturus sum? Di. ut eis; possumus, Math. 20. n. 22. Vos pro magna vestra exaltatione petitis dexteram, & sinistram; nescitis, quid petatis, & qui sint primi accubitus in regno Dei; non sunt haec prima sedilia, & aliud his sublimius, & excelsus nempe pati pro Christo, & de calice Passionis ejus participare, quo bibito omnibus superiores, ac sublimiores evaderis, ejus enim haustus super omnia extollit. D. Chrysof. homil. 8. in epist. ad Ephesios ait, Si quis Christum diligit, hanc intelligit virtutem, agnoscat, quantum sit illud, quod humano generi largitus est Deus nimirum largiri pro eo. Illud forsitan illustrius etiam est, quam sedere ad dexteram ipsius, benehans, quam sedere super duodecim thronos, Et post pauca subdit, Non ita beata praedico vincula, quod in caelum destinantur ligatum, sed quod pro oculi Domino, & inde illustriora, quam quod colorum non participes faciant.
50. Querit Tertull. cum Job in sua felicitate fuerint omnia duplicata, quae in persecutionis arumna, jacturaque subierat, quare pariter filii non sunt geminati; nam septem in secula Damianis tempestate amisit; septem postea acquisivit; cur ergo filii non multiplicentur ad majorem consolationem, ac recreationem Job, cum illi primi essent optimi filii, & multa charitatis unione inter se vivebant facientes mutuo convivium, ac proinde magno illorum desiderio tenebatur Job; cur ergo hi pro magna illius felicitate non reviviscunt. Pro magna illius felicitate non duplicantur, nec reviviscunt; à sua tempestate exurgit Job valde sublimis, & gloriosus, & ad tantam sublimitatem spectabat, ut haberet exercitium patientiae ex dolore, ac desiderio suorum priorum filiorum, quia nulla major sublimitas, quam in multa patientia sustinere adversitates, Tertull. lib. de Patient. c. 14. ait, Et si filios quoque restitui voluisset pater iterum vocaretur, sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudii, securus c de domino distulit, sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viveret.

- 1. UT autem judicatum est navigare eum in Italiam, & tradidit Paulum cum reliquis custodiis Centurioni nomine Julio cobortis Augusta.
2. Ascendentes navem Adrumetinam, incipientes navigare circa Asia loca, sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.
3. Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & sui curam agere.
4. Et inde cum sustulimus, subnavigavimus Cyprum, propterea quod essent venti contrarii.
5. Et Pelagus Cilicia, & Pamphilia navigantes, venimus Lystram, quae est Licia.
6. Et ibi inveniens Centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiam, transposuit nos in eam.
7. Et cum multis diebus tarde navigaremus, & vix devenissemus contra Gnidum prohibente nos vento, adnavigamus Creta juxta Salmonem.
8. Et vix juxta navigantes, venit nos in eam quendam, qui vocatur Boni Portus, cui juxta erat civitas Thalassa.
9. Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta navigatio, eo quod jejunium jam praeterisset, consolabatur eos Paulus.
10. Dicens eis, Viri, video quoniam cum injuria & multo damno non solum oneris, & navis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio.
11. Centurio autem gubernatori, & naviclero magis credens, baricam his quae à Paulo dicebantur.
12. Et cum aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium navigare inde, si quomodo possent devenientes Phoenicem, hiemamare, portum Creta respicientem ad Africam, & ad Corum.
13. Aspirante autem Austro, aestimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam.
14. Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroquilo.
15. Cumque arrepta esset navis, & non posset conari in ventum, data nave stationi feribamur.
16. In insulam autem quandam decurrentes, quae vocatur Cauda, potuimus vix obtinere Scoparum.
17. Quia sublata ad mortuis utebamur, accingentes navem, imentes in Syrtim incidere, summissis vase se feriebantur.
18. Validè autem nobis tempestate jactati, sequentis diei jactum fecerunt.
19. Et tertia die suis manibus armamenta navis projecerunt.
20. Neque autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam sublata erat spes omnis salutis nostra.
21. Et cum multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit, Oportebat quidem, o Viri, audito me, non tollere à Creta, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.
22. Et nunc suadeo vobis bono animo esse, amissio enim nullius animae erit ex vobis, praeterquam navis.
22. Asticit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deservio.
24. Dicens, Ne timeas Paule, Casari te oportet assistere; & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.
25. Propter quod bono animo estote Viri, Credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi.